



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CV. Anderweite Gräflich Schauenburgische Zollrolle für Hamburg mit  
Beziehung auf die Unterthanen der Markgrafen von Brandenburg.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

De aleuare recipitur secundum quod in gracia theolonarii potest haberi.

Scire etiam debet quilibet, quod si aliquis theoloneum furtiue uel negligenter deduxerit, soluet pro quolibet denario nouem. Et si querimonia proinde ad presentiam aduocati peruenerit, dabit pro excessu aduocato talentum, consulibus talentum et theolonario similiter.

Aus Landau's Mittheilung in Spilcker und Brönnenberg Vat. Archive 1837. S. 176 und Lappenberg's Hamb. Urkundenbuche S. 542. Nr. DCLXV.

**CV.** Auerweite Gräfllich Schauenburgische Zollrolle für Hamburg mit Beziehung auf die Unterthanen der Markgrafen von Brandenburg.

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi, quod temporibus comitis Adolphi quolibet nauis hospitem ueniens de mari dedit unum fertonem ad theloneum, et de lagena ceruicie III<sup>or</sup> denarios: de choro tritici dimidium fertonem puri argenti: de filigine similiter: de choro ordei III solidos: de auena II solidos ad ungeldum.

Postmodum cum iam dictus comes A. intrauit ordinem fratrum minorum, ordinatum fuit de consensu et arbitrio vniuersorum mercatorum uenientium de mari, quod quocienscumque nauis hospitem ueniret de mari, totiens daret XXII denarios ad theloneum; de equo III denarios, de boue aut uacca II denarios, de porco I denarium. De ceruicia uero penitus fuit relaxatum. Arbitrati sunt etiam dare de choro tritici aut filiginis II solidos ad ungeldum, de choro ordei XVIII denarios, de choro auene I solidum, de last allecis II solidos.

Notandum etiam, quod mercatores marchionum de Brandenboreh quondam dederunt de last cupri XIII solidos, de pacca linei panni XIII solidos ad ungeldum: de vase cinerum II solidos. De decem mesis wede vnam marcam argenti dederunt, de vase sagiminis allecis VIII solidos, de vase ungenti porcorum III solidos. De septem last stanni uel plumbi unam marcam argenti dederunt et adhuc dabunt, si ducunt ad mare. De last allecis III solidos et VI denarios dederunt. De choro tritici uel filiginis III<sup>or</sup> solidos dabunt.

Postea uero ordinatum fuit de iam dictis mercatoribus, cum uoluntate et arbitrio eorum, uidelicet ut darent de last cupri III solidos ad ungeldum, de pacca linei panni III solidos, de vase cinerum I solidum, de mesa wede XXI denarios, de uase sagiminis allecis III solidos, de vase ungenti porcorum II solidos, de septem last stanni uel plumbi dabunt, ut est suprascriptum. De last allecis II solidos, de choro tritici aut filiginis II solidos dabunt.

Et sciendum, si de omnibus hiis bonis suprascriptis dederint ungeldum in Hamboreh et ducuntur in Flandriam uel alias et comparant pannum, in reditu de ipso panno nichil dabunt. Si uero aliquis istorum mercatorum purum argentum uel anglicos denarios siue alias merces, de quibus ungeldum non dedit, secum in Flandriam duxerit et pannum de hiis comparauerit, in reditu dabit de pacca illa XIII solidos ad ungeldum.

Notandum est preterea, quod mercatores marchionis Misnensis et alii innumera-biles de longinquis partibus uenientes quondam dederunt ad ungeldum uicesimam marcam. Nunc autem dicti homines et domini archiepiscopi Magetheburgensis mercatores et

ducis de Brunefwic ac ducis Saxonie utuntur speciali iure. Dant enim de last cupri **I** solidum ad ungeldum, de last stanni **I** solidum, de vase cinerum unum solidum, de vase vngenti **I** solidum, de pacca linei panni **II** solidos, de last alecis **II** solidos. De annona dabunt sicut et supradicti mercatores. Cum autem ueniunt de mari, dabunt de pacca linei panni **II** solidos: de mesa wede **XXI** denarios.

Notum sit etiam omnibus, quod qualiscumque hospes ueniens, manens apud mare occidentale uel orientale, et uolens ascendere Albiam cum panno suo, dabit de pacca sua **XIII** solidos. Et si habet tunnam cum mercibus, dabit de ipsa **III** denarios ad theloneum. Si habet puntfwar, dabit de quolibet scippunt tercium dimidium denarium ad theloneum.

Insuper sciat quilibet hanc litteram respiciens: si aliquis hospes negat de bonis suis, de quibus iure tenetur dare ungeldum, iusticia eminente omnia bona amisit, de quibus furtiue negauit.

Et quia superius dictum est de ungeldo, nunc dicendum est de theloneo. Vnde sciendum est, quod quilibet nauis hospitem, quontiscumque uenerit in anno de mari, tociens dabit **XXII** denarios ad theloneum. De cymba uenienti de Stadis uel illuc uadens hospes, habens in ipsa unum scippunt ponderis siue dimidium, dabit de cymba **VIII** denarios. Insuper si bouinas pelles aut hyrcinas in iam dicta naui duxerit, dabit de last **III** denarios, et si duxerit tunnam in ipsa, dabit de ea **III** denarios, si est cum mercibus aut uario opere repleta. De promptuario uenienti de superioribus partibus Albie datur **I** solidus. De naui linguata **I** solidus. De naui habens limbos, per omnia dantur **VIII** denarii, de naui habens limbos ultra **VIII** denarii. De naui, que dicitur mankane, **III** denarii. De naui simplici **III** denarii.

Et quia dictum est de nauibus, dicendum est de curribus. De curru uenienti de terra ducis Saxonie apportanti ligna quercina dabunt **VIII** denarios. De curru apportanti asseres uel cineres dabunt **III** denarios et de quolibet uase cinerum **III** denarios. De curru eunti Odeslo **I** denarium. Et si est tunna superius cum mercibus, dabit de ipsa **III** denarios.

Sciendum insuper, quod homines marchionum de Brandeborg habent speciale ius in theloneo. Dant enim de plaustrata picis, quam uendunt in Hammemborg, **VIII** denarios, et si ducunt ad mare, dant de ipsa **XVI** denarios. De qualibet last cupri, quam ducunt ad mare, dant **III** denarios ad theloneum, de last stanni **III** denarios, de last ferri **III** denarios, de last cere **III** denarios, de vase cinerum **III** denarios. Habent etiam iam dicti homines specialem gratiam in theloneo, quod qualescumque merces emunt in Hammemborg ad reducendum ad partes suas, nichil dant, sed tantum de equo **III** denarios, de boue aut vacca **II** denarios, de porco **I** denarium.

Item sciendum est, quod homines marchionis Misnensis et homines domini archiepiscopi Magedeburgensis et ducis de Brunefwic ac ducis Saxonie habent alia iura in theloneo. Dant enim de quolibet scippunt, quod emunt in Hamborch ad reducendum ad partes suas, tercium dimidium denarium ad theloneum. De equis et bobus, vaccis ac porcis dant ut alii predicti mercatores. De cupro et stanno ac ferro et cera dabunt

de quolibet last, si ducunt ad mare, **III** denarios. De cineribus et picis dabunt sicut et ceteri mercatores.

Omnes **Frifones** siue alii mercatores uenientes de mari, apportantes equos uel boues aut uaccas et porcos, dabunt de equo **III** denarios, de boue aut uacca **II** denarios, de porco uero **I** denarium.

Qualiscumque hospes emens in ciuitate **Hammemburg** cuprum aut stannum siue ferrum aut ceram ad mare ducendum, dabit de quolibet last **III** denarios, de tunna uarii operis **III** denarios: de uase uingenti **III** denarios, de uase uini **III** denarios: de uase cinerum **III** denarios, de uase picis **III** denarios: de last allecis **IV** denarios.

Item quilibet hospes ueniens de mari et uolens ascendere **Albiam**, habens puntswar, dabit de quolibet scippunt tercium dimidium denarium ad theloneum.

Insuper quibus hospes, qui tenetur theloneum dare, si ducit equum sine sella per ciuitatem **Hammemburg**, dabit de ipso **III** denarios.

De aleuare recipitur sicut theloneario uidetur expedire.

Sciat etiam quilibet, qui theloneum furtiue deduxerit, soluet pro quolibet denario nouem et pro excessu dabit theloneario talentum. Et si proinde querimonia uenerit ante iudicium, dabit aduocato talentum et consulibus similiter.

Aus Lappenberg's Hamb. Urkundenbuch I, S. 545. Nr. DCLXVI.

**CVI.** Noch eine gräflich Schauenburgische Zollrolle für Hamburg mit Beziehung auf die Bürger von Salzwedel und die Märker.

Wat men ghift van greuen tollen, dat volget hir na. Int erste so gyfft to greuen tollen: eyn peerd **III** penninghe. En rind **II** penninghe. En swin **I** penningk. En schaep enen penningk.

Ene tunne herringhes **II** penninghe. De borgere van Brunfwick geuen van der tunnen heringhes enen penning, men van anderem gude geuen se lik anderen gesten. Ene tunne botteren **III** penninghe. Ene tunne koperrokes **II** penninghe. Ene tunne kalmyns **II** penninghe. Alle andere tunnen, de twe bodeme hebben, **III** penninghe. Ene tunne, de en flod heft, **II** penninghe. Ene schipkiste **III** penninghe. En pund swares **III** penninghe. Ene schynmese **III** penninghe.

Schone want vortollet men by terlingen vnde by teren. Eyn terling enen schilling. En teren **II** schillinge. Auer heft en gast eyn laken, dar gyfft he vore tho tollen **II** penninghe. Grauwe laken de tollet men bi pund swares. En laken **II** breet engelsch **II** penninghe, dat finale by pund swares. De Hellefchen vnde de Melhuffelchen vnde de Brunswykelchen by pund swares, de Rinschen unde de brede Engelschen **II** penninghe. En uoder wynes **II** penninghe. En bale saderdokes **II** penninghe. En pak hafen **V** penninghe. En ulas uad ofte en mandelen vad **VIII** penninghe. En stal uad **III** penninghe. En koppel